Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Prouenunt mulieres ludentes. quæ dicunt fideles in ecclesia per actiuam & contemplatiuam unam domino seruientes. Percussit saul mille. & dauid decem milia. Per saulem quem populi iudaici regnum tenebat. Iste intelligitur. quem ipsi populo traditum fuerat. Saul quidem mille pecunt. cum iste solum omnium opum cultus recidit. Dauid decem milia pecunt. quia xpc in suo euangelio non solum opum. sed & uboris & cognationum oragia succidit. Saul minus nascitur. quia populus iudaicus de gratia xpi & ecclesie. ad mundiam magis magisque succendit. Sermo iste in oculis eius displicet. quia populus iudaicus sue legis reuelationem & euangelii sublimationem acriter dolet. Non rectus oculus saul dauid aspicit. quia populus iudaicus filium dei in mundicie & malicie sue blasphemia effundit. Post die alterum spiritus dei malus saul inuadit. dum per xpi resurrectionem populum iudaicum. pfidie & malicie sue flamma consumit. In medio domus sue. prophetat. dum in lege & prophetis nescit quid dicat aut legat. Dauid manu sua sic per singulos dies psallit. cum xpc sic per singula sue incarnationis mysteria. sic etiam per predicationem apostolorum suorum iudaicæ plebis duritiam. redarguendo conuincit. Saul lanceam tenet. quia populus iudaicus dum legis prouaricatur inherit. Saul lanceam mittit. dum per sue legis obiectionem euangelii predicationi contradicit. Saul putat quod dauid cum pariete configere possit. dum populus iudaicus credit. quod baptismi predicationem per circumcisionem destruere possit. Pariet saulis est murus circumcisionis. Dauid a facie saulis sedulo declinat. cum xpc sicut pius in se ipso. sic per modum in suis apostolis. aliisque suis discipulis iudaici populi persecutionem tolerat. Saul dauid tunica. co quod dominus cum eo sit. & a se recesserit. cum populus iudaicus permescit. uidens quod dominus predicatoribus euangelii cooperando. legis ceremonias respuerit. Saul dauid a se amouet. cum populus iudaicus per occasionem Stephani. ordinem apostolicum. & predicationem euangelii de iudea exterret. Saul dauid tribunum super mille uiros facit. dum populus iudaicus ordinem apostolicum a se repulsum. predicatione euangelii confirmatum ad gentium populos. Quibus per mille uiros designantur. quia per fidem & dilectionem dei. ad perfectionis fastigia sublimantur. De quibus mille uiros. ecclesie dicit in canticis. Mille tui pacifici. Dauid in conspectu populi uiuit & erat. cum ordo apostolicus fidei & doctrine normam populo gentium proponit. In omnibus uiros suos prudenter agit. quia ordo apostolicus. predicationis sue doctrinam per spem sancti magisterium disponit. Dominus est cum eo. quia spes ordinis apostolici cooperatur in predicationis officio. Saul indignatur dauid nimis prudenter ceteris. & cepit eum timere. cum populus iudaicus. ad perfectum predicationis euangelice. & perfectionis apostolice cepit abhorrere. Omnis israel & iuda dauid diligit. quia ecclesia in omnibus. & euangelii fidelibus. dei filium debite dilectionis reuerentia colit. Ipse enim ante eos egreditur & ingreditur. quia ordo apostolicus sancte ecclesie intentionem & eremum fidei & doctrine sue sinceritate & protectione tuetur.

Dixit autem saul ad dauid. Ecce filia mea maior merob. ipsam dabo uxorem. tantummodo esto uir fortis. & pugnare bella domini. Saul autem reputabat dicens. Non sit manus mea in eo. sed sit super illum manus philistinorum. Ait autem dauid ad saul. Quis ego sum. aut que est uita mea. aut cognatio patris mei in israel. ut fiam gener regis. Factum est autem tempore cum debet dari merob filia saul dauid. data est adrieli molathite uxor.

Per merob filiam saul maiorem. quam de multitudine minorum pretaxatam. animam illa populi iudaici multitudo figuratur. quam in deserto legis funiculo colligatam. Quam